



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Apud summos Pontifices. 277

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

inter Socios adlectus, Petrus Faber, vir quem posset etiam IGNA-
 TIUS admirari; hic illum sibi
 alijsque exemplum virtutis, &
 sanctitatis ideam constituebat.
 Iacobus autem Laines, & Fran-
 ciscus Borgias, quos IGNA-
 TIO successores dedit Societas, mul-
 tis egregiè testati sunt, quanti pa-
 rentem facerent. Horum alter,
 e adicebat DEVM in animo IGNA-
 TII ornamenta cernere, quibus
 mirificè capiatur; eaque propter
 tantaquotidie in socios illum,
 beneficia profundere. Alter, eius
 visendi colloquendi que gratiâ.
 Romam contendere; & primis
 Sacris operaturus, in domo Lo-
 iolæa facere; terramque IGNA-
 TII natalem deosculari gestie-
 bat.

277 Externos autem eius ad-
 miratores, viros multos ac ma-
 gnos nouimus. In his Pontifi-
 ces

ces maximos Paullum III. & IV. Iulium III. Marcellum II. cuius hoc fuit de I G N A T I O iudicium, ut diceret, maius momentum apud se I G N A T I I auctoritatem habere, quàm omnes rationes, quæ in contrarium adducerentur. Gregorius deinde XIII. & Pius IV. ac V. ea de I G N A T I O, eiusque posteris testimonia reliquere, quæ (ut denuo fatear) mea me modestia ne exscribere quidem hic sinat.

278 Iam in eius laudes etiam Regum sententiæ consensere; ut Ferdinandi Romanorum, ut Ioannis III. Lusitanorum. Quorum iste P. Ludouico Consale sub annum MD. LIII. Romam proficiscenti in mandatis dederat; seridò attenteque I G N A T I V M consideraret; deque singulis postmodum ad se perscriberet.

O 4

Quod